FULM-DD-DD08

78/12

1595

Legajo n.º 5

"Copia del Privilegi del Rey Nostro Senyor en lo qual se provees lo offici de Depositari de Mallorca."

30 març 1595

1595

Legajo
n.º 5

"Copia del Privilegi del Rey Nostre senyor en lo qual se proveex lo offici de Depositari de Mallorca."

30 març 1595

Nos Philippus Dei gratia Rex Castelle, Aragonum, Legionis utriusque Sicilie, Hierusalem,
Portugallie, Hungarie, Dalmatie, Croatie, Navarre, granate, Toleti, Valentie, Maioni-
carum, Hispalis, Sardinie, Cordube, Corsice, Murtie, Giennis, Algarbij, Algezire, Gi-
braltaris, Insularum Canarie, nec non indiarum Orientalium, et Occidentalium insularu[m]
ac terre firme, Maris Oceani, Archidux Austrie, Dux Burgundie, Brabantie, Medio-
lani, Athenarum et Neopatrie, Comes Absburgi, flandrie, Tirolis, Barchinone, Rosilionis
et Ceritanie, Marchio Oristanni et Comes goceani. Vacante in presentiarum apud
nostram regiam curiam offitio regij depositarij Curiarum dicti n[ost]ri Maioricarum regni
per obitum Antonij Moll illius ultimi possessoris, Nos q[ue] cupientes de dicto offitio deb[ite]
providere, confisi nec immerito de fide sufficientia et probitate tui Nobilis et dilecti n[ost]ri
Don Petri Nuñez Berard dicte civitatis Maioricarum, de quibus apud nos fide digno com-
mendaris testimonio, ac etiam intuitu et consideratione servitiorum per Nobilem et
dilectum nostrum doctorem Hugonem Berard patrem tuum nobis prestitorum. Tenore
presentis de nostra certa scientia et auctoritate deliberate et consulto dictum offitium Regij
depositarij curiarum insule Maioricarum premisso modo vaccans tibi dicto Don Petro
Nuñez Berard nostra mera et libera voluntate durante concedimus, committimus et fiducia-
liter commendamus, Itaq[ue] tu [dictus] Don Petrus Nuñez Berard et alius nemo dicta nostra
mera et libera voluntate durante, sis et esse debeas Regius depositarius Curiarum insu-
lam dicte Maioricarum. Offitium q[ue] ipsum habeas teneas, regas et exerceas, fidel[iter]
legaliter atq[ue] bene, ea omnia et singula faciendo et libere exercendo que ad dictum
offitium eius q[ue] plenum usum et exertitium pertinere quovismodo dignoscantur,
habeas q[ue] recipias et consequaris, tuis q[ue] usibus et utilitatibus applices, Salarium annuum
eaq[ue] iura lucra obventiones et emolumenta iusta debita et consueta, et ad dictum
offitium pertinentia et quomodolibet spectantia, ac per dictum Antonium Moll
et alios in dicto offitio predecessores suos, recipi et haberi solita et consueta. Gaudea[s]
insuper et utaris omnibus illis privilegijs, facultatibus et immunitatibus, quibus dictus
Antonius Moll et alij predecessores tui usi et gavisi sunt, utiq[ue] et gaudere consueverunt
potuerunt et debuerunt, usq[ue] quaq[ue] subiiciaris quoq[ue] oneribus eidem offitio incumbentib[us]
et quomodolibet spectantibus, Verum antequam regimini et exercitio dicti te immisceas
offitij iurare tenearis in posse illius ad quem spectet, de bene, fideliter et legaliter in
eodem te habendo, et alia faciendo ad que tenearis et sis astrictus. Serenissimo
propterea PHILIPPO Principi Asturiarum et Gerunde, Duci q[ue] Calabrie et montis
Albi filio primogenito nostro charissimo, ac post felices et longevos dies nostros, in
omnibus regnis, et dominijs nostris (Deo propitio) immediato heredi et legitimo successori
intentum aperientes nostrum, sub paterne benedictionis obtentu dicimus, eum q[ue] rogamus,
Spectabili

Spectabili vero mag.^cis dilectis q; consiliarijs et fidelibus nostris, locumtenenti et Capitaneo generali nostro in prefato Maioricarum regno, Regenti Cancellariam, Procuratori regio, Regenti thesaurariam, Doctoribus regie Audientie, fisci q; aduocato, Vicario, Baiulis, Alguazirijs, Portarijs ceteris q; demum vniuersis et singulis officialibus et subditis nostris, in dicto Maioricarum Regno, constitutis et constituendis, dictorum q; officialium locatenentibus, et seu officia ipsa regentibus, et subrogatis, presentibus, et futuris, dicimus precipimus et iubemus ad incursum nostre indignationis et ire, poeneq; florenorum auri Aragonum mille nostris regijs inferendorum erarijs, Quatenus te dictum Don Petrum Nuñez Berard pro regio depositario Curiarum dicte insule Maioricarum nostra mera et libera voluntate durante, habeant, teneant, reputent, honorificent atq; tractent et illi ad quos pertinet spectet, in possessionem dicti officij te ponant, et inducant, positumq; et inductum, manuteneant et defendant contra cunctos. Deq; Salarijs iuribus lucris et emolumentis predictis tibi integre respondeant seu ~~[illegible]~~ faciant per quos deceat plenarie responderi. Nostram q; huiusmodi gratiam et concessionem, et omnia et singula in ea contenta teneant firmiter et obseruent, teneri q; et inuiolabiliter obseruari faciant, nec veniant, nec aliquem contrafacere vel venire permittant ratione aliqua siue causa, si dictus Serenissimus Princeps nobis morem gerere cupit, ceteri v.^o officiales et subditi nostri predicti gratiam nostram charam habent, ac preter ire et indignationis nostre incursum penam preappositam cupiunt euitare. In cuius rei testimonium presente fieri iussimus nostro regio comuni sigillo pendenti munitam. Datt. in oppido Nostro Madriti die trigesimo primo mensis Martij Anno a natiuitate Domini Millesimo quingentesimo Nonagesimo quinto. regnorum q; nostrorum Videlicet citerioris Sicilie Hierusalem quadragesimo secundo, Castelle autem Aragonum Vlterioris Sicilie et aliorum quadragesimo Portugallie vero decimo sexto.

Yo El Rey

V.^t frigola vicecan.^s
V.^t C. g.^l Thes.^r
V.^t Couarruuias R.^s
V.^t Muñoz R.^s

V.^t Ortiz pro conseruatore g.nali
V.^t Babtista R.^s
V.^t Sans R.^s

Dominus Rex mandauit mihi Dominico Ortiz Visis per frigola Vic.^m Comitem g.lem Thes.^m Babta, couarruuias, Sans et Muñoz R.^tes Canc.^m et me pro Cons.^e g.nali.

In Maioricarum XX
fol. CXCO

Prouee V. Mag.^d para durante su mera voluntad a Don Pedro Nuñez Berard el officio de depositario real de las Cortes del Reyno de Mallorca.

Consultado.

Copia del priuileg. del rey D.
P. en lo qual [illegible] concedex lo
offici de depositari [illegible] de Malla